



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Orationes Ante Et Post Missam Dicendæ

[S.l.], 1649

Gratiarvm Actio post Missam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55282](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55282)

GRATIARVM ACTIO
post Missam.

O Dulcedo cordis mei, &
Vita animæ meæ. **O** Ef-
fentia essentiæ meæ, & jucun-
da Requies Spiritus mei. **Bo-**
ne IESV Christe, Dulcis IESV,
immortales tibi ago gratias
pro omnibus beneficijs mihi
collatis signanter verò, quia
hodie dignum me fecisti, ve-
rum, & immaculatum corpus,
& sanguinem tuum pretiosum
consecrare, pertractare, illud-
que tibi offerre in memoriam
tuorum mirabilium, ad tuam
gloriam, in remissionem om-
nium peccatorum, tam meo-
rum, quàm illorum, pro qui-
bus orare, sacrificare, & offerre

re proposui, illoq; in salutem,
& consolationem animæ meæ
cibari, & nutrirî. Quapropter
verè dicere audeo: Cib^{us} meus
CHRISTVS, & ego eius. Mul-
tiplico ergo, & quotiescunque
respiro, multiplicare intendo
meam voluntatem in infini-
tum in tuis laudibus; precor-
que Beatissimam Matrem tuam
MARIAM, Angelos, Sanctos,
Sanctas, & creaturas vniuer-
sas pro me immensas tibi re-
ferre gratias. Imò quia istæ
minimè sufficiunt, te supplico
tibi ipsi gratias agere, te lau-
dare, & glorificare complac-
as: Et quia dignatus es istam
indignam tuam tamen facere
habitationem, dignare quo-
que apud ipsam perpetuam
face-

post Missam.

15

facere mansionem. Effice me
hominem secundum cor tuum.
Vni me tibi intimè, & totum
transforma & transmuta in te,
Salua me I E S V Christe, Me-
diator D E I, & hominum, &
cunctam à me, hostis antiqui
depelle nequitiam, per tuam
innocentissimam Passionem.
Oro tandem, vt digneris gra-
tias, & indulgentias omnes,
quas hoc Sacrificio, vel Com-
munionem mediante acquire-
re, vel lucrari possum, conce-
dere, tam mihi, quàm alijs vi-
uis, & defunctis, quibus appli-
care proposui, quia te ipsum,
& pro ipsis exoro, pro quibus,
tu vis, & Sanctissimus Ponti-
fex intendit hac de causa me
debere orare. Amen. Pater no-
ster.

B

ster.

ster. Ave Maria. De profundis vel aliud, juxta Bullæ indulgentiam seriem.

Oratio post Missam.

Ineffabilem misericordiam tuam Domine IESV. Christe humiliter exoro, vt hoc Sacramentum Corporis, & Sanguinis tui, quod suscepi indignus, sit mihi purgatio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra mundi pericula firmamentum, sit impetratio veniæ, sit stabilimentum gratiæ, sit medicina Vitæ, sit memoria tuæ passionis, sit contra debilitatem fomes, sit Viaticum meæ peregrinationis. Euntem me conducat, errantem

III